



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Scientia

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)



se, & quoniam quicquid est, ex Deo est, & propter Deum est. *idem super Psal. 70.*

Qui se dicit scire quod nescit, temerarius est: qui se negat scire quod scit, ingratus est. *idem in serm. de Ascensione.*

Atimē non impuratur ad reatum, quod naturaliter scire non potest, sed quod scire non studuit, & quod dignam facultati comparanda, ad recta faciendā operam non dedit. Loqui enim non posse, & scire non posse, infanti naturale est, quia ignorantia illo modo inculpabilis est, sed & humanis affectibus blanda atque grata. Non enim vilo vitio illam facultatem comparare neglexit, aut vitio quā comparauerat, amisit. *idem ibi. 3. de lib. arbitrii.*

Vera scientia afficit, non extollit: nec superbientes, quos impleverit, sed lamentantes facit, quia quisque cum repletus fuerit, priori loco se scire appetit, & iam sui concius tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmum in illa verius recognoscit. *Greg. libro 23 Moral.*

Magna virtus boni est cognoscere malos, & firma tutela salutis scire quod fugias. *Ioan. Chrys. de Cognoscibilibus ab homine.*

Præcedit enim scientia virtutis cultum. Quia nemo potest fideliter appetere quod ignorat, & malum nisi cognitum sit, non timetur. *Idem in Politica lib. 3.*

Ad maioris culpæ turmultum pertinet, scire quenquam quid se qui debeat, & sequi nolle quod sciat. *Isid. l. 2. de summo bono.*

Plerique accepta scientia literarum, non ad Dei gloriam, sed ad suam laudem vtuntur, dum de ipsa extolluntur, & ibi peccat ubi peccata emendare debuerunt. *idem lib. 3. de summo bono.*

Sunt qui scire volent eo fine tantum vt sciant, & turpis curiositas est. Ecce sunt qui scire volunt, vt scientiam suam vendant, verbi gratia, pro pecunia, pro honoribus: & turpis quæstus est. Et sunt qui scire volunt vt ædificent, & charitas est. Et sunt qui scire volunt vt ædificentur, & prudentia est. *Bernard. super Cant. serm. 6.*

Vides quod non probat multum scientes, si modum sciendi nesciunt? Vides quomodo fructum & utilitatem scientiæ in modo sciendi consistit? Quid ergo dicit modum sciendi, nisi vt scias? quo ordine, quo studio, quo fine vnumquodque scire oportet? Quo ordine? vt illud prius, quod maturius mouet ad salutem. Quo studio? vt illud ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine? vt non ad inanem gloriam & ostentationem, sed ad tuam & aliorum salutem. *Idem super Cant. serm. 36. exponens illud. ad Cor. 8. Si quis existimat se scire.*

Scientia parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia faciliem imperatorem. *Idem lib. Meditacionum.*

Quia quaesisti à me in Christo mihi charissime Ioan, qualiter te studere oporteat in thesauro scientiæ acquirendæ. Tale à me tibi super hoc traditur consilium. vt per titulos non statim in mare eligas introire, quia per faciliora oportet deuinare, hæc est ergo monitio mea, & instructio tua. Tardiloquente esse iubeo, & tarde ad locutorium accedentem. Conscientiæ puritatem amplectere. Oratori vacare non desinas. Cellam frequenter diligas, si vis in cellam vinariam introduci. Omnibusque te familiarem exhibe. Nihilque te penitus de factis aliorum intromittas. Nemini te multum familiarē ostendas: Quia nimia familiaritas parit contemptum, & subtractionis subito materia fit, subministrat. De verbis & factis secularium nullatenus te intromittas. Discursus super omnia fugias. Sanctorum & bonorum vestigia imitari non desinas. Non respicias à quo audias, sed quicquid boni dicatur memoriæ recommenda. Et quæ legis & audis, fac, vt intelligas? De dubiis te certifies, & quicquid poteris, in armario mentis reponere sara, ge sicut cupiens vas implere. Altiora te ne quaeris. Ita sequens vestigia, frondes & fructus in vinea Domini Sebaoth viles, quando vitam habueris proferes ac produces. Hæc si sectatus fueris, ad id attingere poteris quod affectas. *S. Thom. de Aquino in epist. de modo acquirendi scientiam.*

Via ad Deum est scientia, quæ ad institutionem recte & honeste viuendi pertinet. Et disciplina bonitas & beatitudo. Per scientiam itur ad disciplinam, per disciplinam itur ad bonitatem, per bonitatem ad beatitudinem. *Hugo de instructione nouitiorum.*

Si quis familiariter scientiam amare didicerit, & ei sæpius vacari voluerit, iucundam valde reddit vitam, & maximam in tribulatione præstat consolationem. *Idem in Didascal. lib. 3.*

Quis enim scire contentus est, non expetens aliquem fructum scientiæ. *Lactan. Firmia diuinar. in lib. 1. 3.*

Scientia est Deum notere: virtus colere, in illo sapientia, in hoc iustitia continetur. *Idem lib. 6. c. 5.*

POETARVM DICTA.

Antholog. fac. Iac. Bill.

In quo vera scientia sita sit.

Pythagoras olim quid senserit, aut quid acutus  
Chrysippus, vel quid Priscus Anaxagoras:  
Scire etiam quid Protagoras, Zenoque Platonque,  
Tradiderint, & quid magnus Aristoteles;

Sire etiam, quotnam fuerint Bacchiq; Iouisq;  
Insciam scire hoc, & sine fraude, Socr.  
Longe alia est multo & melior doctrina puerum:  
Nam lacrymas imò pectore gignit eis.  
Ibidem.

Scit legem, doctæque tenet iussa omnipotentis,  
Qui quod nouit agens diligit, id quod agit.  
Non satis est Domini præceptum volvere lingua,  
Bis meminit Legi, qui memor est operis.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Sublata cognitione & scientia, tollitur omnis ratio, & virtus, & rerum gerendarum. *Cic. l. 1. de Finib. bonor. & malor.*

Scientia est in anima sicut accidens in subiecto. Multa sunt scibilia, quorum non est scientia.

Scibile est prius quam scientia, & sensibile quam sensus. Scientia est de numero permanentium; & discibile est ab ægritudine, vel aliquo humilimodi, non recedit.

Quod scientia festinata non crescit, mediocriter autem augmentatur & crescit. *Boet.*

Quam magnos fructus affert scientia diuidendi studiorum in rebus.

Scientia diuidendi red dit dociles auditores. *idem ibi. 2. in omni.*

Scientia est habitus demonstratiuus, cum enim aliquid que quodam certo genere, habetque penitus cognita, vt scire ac tenere rem dicitur. *lib. 6. Ethic. c. 3.*

Scientia quod sit hinc peripicuum est, si accurate disputatione confectari similitudines placet, quod omnes existimamus, scis, scire non posse. *ibid.*

Quod sub scientiam cadit, id omne necessarium est: terminum. *ibid.*

Scientia doceri videtur posse: & quicquid sub scientiam doceri. *ibid.*

Scientia in eis est que permanent, diuturnaque sunt: scientia aliquid sit mediocriter instructus: nisi vi moribus eius eiusdem generis permagna incidit mutatio. *In Categoriis de Qualitate.*

Scientia & artes ex demum certissima sunt: que in primis xime verantur. Quandoquidem que & pauoris deo, & timoris sunt, que ex additione, certiores: vt Arithmetica, & geometria. Ea etiam que causas considerat, ad docendum etiam præsertim cum id doceat qui causam cuiusque rei afficitur. *maiore, Metaph. c. 2.*

Qui scientiam per se sua; causa sequitur: is eam atque nomine dignissima est, maxime expedit: cuiusmodi est eorum quod maxime sub scientiam cadit certitur. *ibid.*

Eorum que casu aut forte fortuna fiunt: nulla potest esse ex eadem probatio oriatur, scientia. *lib. 1. de Demonstr. cap. 24. T. 43.*

Vna scientia est, que in vno quodam genere certiorum rerum que existim primis incitis consistere certum: quoniam itiorum aut partes, aut affectiones sunt illa, que per se in illi generi conspiciuntur. Diuersæ autem sunt: quorum quoniam nec eadem sunt: nec alia sub aliis continentur. *lib. 1. de Demonstr. cap. 23. T. 42.*

Omnino quod vnus scientiæ est, conuenire alteri non nisi forte cum vna erit ad alteram affecta, vt in vna altera erit: quomodo ad Geometriam Opticæ, & ad Arithmetica: quæ affecta est. *lib. 1. de Demonstr. c. 7. T. 20.*

Ego scientiam appello, perceptionem illarum propositionum, que nullo medio confirmari possunt. *lib. 1. de Demonstr. c. 26. T. 10.*

Omnis homines natura trahuntur & ducuntur, ad cognitionemque cupiditatem. *Metaph. l. 1. maiore. c. 1.*

Omnis ars & scientia principia quadam & causas in quibus, que ei proposita sunt, querit. *l. 10. Metaph. 6.*

In rebus præclaris, quæque in honore & premio habentur, homam numeramus: vel quod certior sit: vel quod in rebus & præstantibus, & maiorem admirationem excitantibus veretur. *lib. 1. de Demonstr. c. 1. T. 1.*

Illæ est accuratior & prior scientia: quæ simul & quod res illa, cui sit, non autem quod sit, tantum percipitur: quam si quis rei tantum causa cognoscatur. *l. 1. de Demonstr. c. 23. T. 40.*

Illæ semper est certior scientia, quæ in eo subiecto veritas est, omnino à sensuum iudicio difunctum: quam quæ in re veretur ad sensum maxime ac commodata. *ibid.*

Accuratior est scientia, quæ simplicioribus elementis consistit: cuius elementa non nisi ex aliqua adiectione intelliguntur: quæ ratione Geometriæ præstat Arithmetica. *ibid.*

Peripicuum est tria esse genera scientiarum, quæ rem animantur. Physica, Mathematica & Theologia. *l. 10. Metaph. c. 5.*

Scire cur res sit: nihil est, quam primam cuiusque causam cognoscere. *lib. 1. de Demonstr. c. 10. T. 30.*

Scientiam & intelligentiam in arte potius incisis, quam in rebus.

nis est:rum vel maxime, atq; in maximis bonis est finis eiusque o...

¶ SIMILITVDINES.

Philonis Iudæi, quemadmodum canes venatici à longinquo ad...

Quemadmodum fax etiam si lucernas multas accenderit, femper...

Eruditio amplissima est supellex, & hereditas principatu melior...

Plutarchi. Ut agricolæ lubentius vident spicas inclinatas, quam...

Seneca. quærimus nonnunquam eos, quibuscum stamus: ita quidam...

¶ SENTENTIAE POETICAE. Faustus. Non scortum est aliud nisi blanda & subdola Siren...

Scortum, Scortatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Scortum, Græce πῆγν, ἡδὲ πῆγνίς, scortor dicitur. Est autem...

¶ LOCI BIBLICI.

Scortatio damnatur, Exod. 20. 14. Deut. 23. v. 17. & 18. Præv. 5. v. 5. &...

Scortationis variae species, Matth. 5. 28. scortationis mala. Præv. 5. v. 5. &...

¶ SENTENTIAE POETICAE. Faustus.

Non scortum est aliud nisi blanda & subdola Siren, Quæ trahit humanum sub Sada cæca genus.

GGGG 4

A 30

Scientia.Scortum.Scortatio. sapientioresq; eos qui arte præditi sunt,...